

Seneca e gli spazi dell'*otium*

1. Esistono luoghi e spazi adatti al *sapiens*?

1.1 Sen. *epist.* 55, 8 Sed non multum ad tranquillitatem locus confert: animus est qui sibi commendet omnia.

“In ogni modo, un dato luogo non contribuisce in misura notevole alla tranquillità interiore; è l’animo che dovrebbe avvalorare ogni cosa a proprio vantaggio.”

1.2. *Epist.* 104, 1 In Nomentanum meum fugi, quid putas? Urbem? Immo febrem et quidem subrepentem [... 7] Non multum ad hoc locus confert nisi se sibi praestat animus, qui secretum in occupationibus mediis si volet habebit.

“Mi sono recato nelle mie terre del Nomentano. Per fuggire che cosa? Riesci a immaginarlo? La città? Ma no, la febbre, una febbre che si insinuava di soppiatto [...] A questo risultato il luogo contribuisce ben poco, se l’animo non è garante di se stesso. Così nel bel mezzo degli impegni non gli mancherà l’opportunità, purché lo voglia, di starsene in disparte.”

Il *locus* è considerato dagli stoici un ἀδιάφορον, cfr. *SVF* I 191-196; 559-562; III 117-123.

1.3. *Epist.* 56, 1 Peream si est tam necessarium quam videtur silentium in studia seposito. Ecce undique me varius clamor circumsonat: supra ipsum balneum habito. Propone nunc tibi omnia genera vocum quae in odium possunt aures adducere: cum fortiores exercentur et manus plumbo graves iactant, cum aut laborant aut laborantem imitantur, gemitus audio, quotiens retentum spiritum remiserunt, sibilos et acerbissimas respirationes; cum in aliquem inertem et hac plebeia unctione contentum incidi, audio crepitum inlissae manus umeris, quae prout plana pervenit aut concava, ita sonum mutat. Si vero pilicrepus supervenit et numerare coepit pilas, actum est. [2] Adice nunc scordalum et furem deprensam et illum cui vox sua in balneo placet, adice nunc eos qui in piscinam cum ingenti impulsae aquae sono saliunt. Praeter istos quorum, si nihil aliud, rectae voces sunt, alipilum cogita tenuem et stridulam vocem quo sit notabilior subinde exprimentem nec umquam tacentem nisi dum vellit alas et alium pro se clamare cogit; iam biberari varias exclamationes et botularium et crustularium et omnes popinarum institores mercem sua quadam et insignita modulatione vendentis. [3] 'O te' inquis 'ferreum aut surdum, cui mens inter tot clamores tam varios, tam dissonos constat, cum Chrysippum nostrum adsidua salutatio perducit ad mortem.' At mehercules ego istum fremitum non magis curo quam fluctum aut deiectum aquae, quamvis audiam cuidam genti hanc unam fuisse causam urbem suam transferendi, quod fragorem Nili cadentis ferre non potuit. [4] Magis mihi videtur vox avocare quam crepitus; illa enim animum adducit, hic tantum aures implet ac verberat. In his quae me sine avocatione circumstrepunt essedas transcurrentes pono et fabrum inquilinum et serrarium vicinum, aut hunc qui ad Metam sudantem tubulas experitur et tibias, nec cantat sed exclamat: [5] etiam nunc molestior est mihi sonus qui intermittitur subinde quam qui continuatur. Sed iam me sic ad omnia ista duravi ut audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem. Animum enim cogo sibi intentum esse nec avocari ad externa; omnia licet foris resonent, dum intus nihil tumultus sit, dum inter se non rixentur cupiditas et timor, dum avaritia luxuriaque non dissideant nec altera alteram vexet. Nam quid prodest totius regionis silentium, si adfectus fremunt? [6] Omnia noctis erant placida composita quiete. Falsum est: nulla placida est quies nisi quam ratio composuit; nox exhibet molestiam, non tollit, et sollicitudines mutat. Nam dormientium quoque insomnia tam turbulenta sunt quam dies: illa tranquillitas vera est in quam bona mens explicatur. [7] Aspice illum cui somnus laxae domus silentio quaeritur, cuius aures ne quis agitet sonus, omnis servorum turba conticuit et suspensum accedentium propius vestigium ponitur: huc nempe versatur atque illuc, somnum inter aegritudines levem captans; quae non audit audisse se queritur. [8] Quid in causa putas esse? Animus illi obstreperit. Hic placandus est, huius conpescenda seditio est, quem non est quod existimes placidum, si iacet corpus: interdum quies inquieta est; et ideo ad rerum actus excitandi ac tractatione bonarum artium occupandi sumus, quotiens nos male habet inertia sui inpatiens. [9] Magni imperatores, cum male parere militem vident, aliquo labore conpescunt et expeditionibus detinent: numquam vacat lascivire districtis, nihilque tam certum est quam otii vitia negotio discuti. Saepe videmur taedio rerum civilium et infelicis atque ingratae stationis paenitentia secessisse; tamen in illa latebra in quam nos timor ac lassitudo coniecit interdum recrudescit

ambitio. Non enim excisa desit, sed fatigata aut etiam obirata rebus parum sibi cedentibus. [10] Idem de luxuria dico, quae videtur aliquando cessasse, deinde frugalitatem professos sollicitat atque in media parsimonia voluptates non damnatas sed relictas petit, et quidem eo vehementius quo occultius. Omnia enim vitia in aperto leniora sunt; morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant cum ex abdito erumpunt ac vim sui proferunt. Et avaritiam itaque et ambitionem et cetera mala mentis humanae tunc perniciosissima scias esse cum simulata sanitate subsidunt. [11] Otiosi videmur, et non sumus. Nam si bona fide sumus, si receptui cecinimus, si speciosa contempsimus, ut paulo ante dicebam, nulla res nos avocabit, nullus hominum aviumque concentus interrumpet cogitationes bonas, solidasque iam et certas. [12] Leve illud ingenium est nec sese adhuc reduxit introsus quod ad vocem et accidentia erigitur; habet intus aliquid sollicitudinis et habet aliquid concepti pavoris quod illum curiosum facit, ut ait Vergilius noster: et me, quem dudum non ulla iniecta movebant tela neque adverso glomerati ex agmine Grai, nunc omnes terrent auras, sonus excitat omnis suspensum et pariter comitique onerique timentem. [13] Prior ille sapiens est, quem non tela vibrantia, non arietata inter <se> arma agminis densi, non urbis impulsae fragor territat: hic alter inperitus est, rebus suis timet ad omnem crepitum expavescens, quem una quaelibet vox pro fremitu accepta deiecit, quem motus levissimi exanimant; timidum illum sarcinae faciunt. [14] Quemcumque ex istis felicibus elegeris, multa trahentibus, multa portantibus, videbis illum 'comitique onerique timentem'. Tunc ergo te scito esse compositum cum ad te nullus clamor pertinebit, cum te nulla vox tibi excutiet, non si blandietur, non si minabitur, non si inani sono vana circumstrepet. [15] 'Quid ergo? non aliquando commodius est et carere convicio?' Fateor; itaque ego ex hoc loco migrabo. Experiri et exercere me volui: quid necesse est diutius torqueri, cum tam facile remedium Ulixes sociis etiam adversus Sirenas invenerit? Vale.

2. L'epistola 51: una questione di *decorum*

2.1 *Epist.* 51, 2 'Quid ergo? ulli loco indicendum est odium?' Minime; sed quemadmodum aliqua vestis sapienti ac probo viro magis convenit quam aliqua, nec ullum colorem ille odit [...].

“E allora? C'è forse qualche località che merita un odio dichiarato?» Certamente no, ma come a un uomo saggio ed equilibrato conviene un certo abito più di un altro ed egli non ha ripugnanza per alcun colore ...”

3. La polemica sulla *mutatio loci*

3.1 *Sen. epist.* 28, 1 animum debes mutare non caelum (cf. *Hor. epist.* 1, 9, 27).

3.2 *Epist.* 82, 4 Quid deinde prodest secessisse? tamquam non trans maria nos sollicitudinum causae persequantur. Quae latebra est in quam non intret metus mortis?

“E poi, a che giova l'aver scelto una vita appartata? Come se le ragioni delle nostre angosce non ci seguissero costantemente al di là dei mari.”

Passi di: Seneca. “Lettere morali a Lucilio”. Apple Books.

4. I *latebra* e la semantica negativa del “nascondersi”

4.1 *Sen. epist.* 3, 6 Itaque hoc quod apud Pomponium legi animo mandabitur: 'quidam adeo in latebras refugerunt ut putent in turbido esse quidquid in luce est'.

“Dunque terrai a mente questa massima che ho letto in Pomponio: «Taluni si sono rifugiati nei loro nascondigli al punto da pensare che sia immerso nella più nera foschia ciò che è in piena luce».”

4.2 *Epist.* 19, 2 Neque ego suaserim tibi nomen ex otio petere, quod nec iactare debes nec abscondere; numquam enim usque eo te abigam generis humani furore damnato ut latebram tibi aliquam parari et oblivionem velim: id age ut otium tuum non emineat sed appareat.

“D'altra parte non ti consiglierei di acquisire notorietà per la tua vita appartata, che non devi né ostentare né tenere nascosta. Del resto mai ti distoglierei dalla folle agitazione, che pure condanno, del genere umano, al punto da volere che ti siano preparati un nascondiglio e un'esistenza nell'oblio. Comportati in modo che il tuo vivere in disparte, pur senza richiamare l'attenzione di tutti, sia però evidente.”

4.3 *Epist.* 68, 5 Optimum itaque est non iactare otium suum; iactandi autem genus est nimis latere et a conspectu hominum secedere. Ille Tarentum se abdidit, ille Neapoli inclusus est, ille multis annis non transit domus suae limen: convocat turbam quisquis otio suo aliquam fabulam inposuit.

“Dunque il meglio è non ostentare il proprio ritiro: del resto, un tipo di ostentazione consiste proprio nello stare nascosto con troppa evidenza e nel segregarsi dalla vista della gente. Questo si è eclissato a Taranto, quest’altro si è tappato in casa a Napoli, quello da molti anni non varca la soglia della sua abitazione. Orbene, richiama la folla chi ha fatto pubblicità del proprio ritiro.”

5. Chiusura e spazialità. Chiudere le porte.

5.1 *Sen. epist.* 8, 1 ‘Tu me’ inquis ‘vitare turbam iubes, secedere et conscientia esse contentum? ubi illa praecepta vestra quae imperant in actu mori?’ Quid? ego tibi videor inertiam suadere? In hoc me recondidi et **fores clusi**, ut prodesse pluribus possem.

“Ti pare che ti esorti all’inerzia? Mi sono raccolto in me stesso e ho chiuso la porta di casa per essere utile a un numero maggiore di persone.”

Secedere, il verbo “tecnico” dell’*otium*: *De otio* 1, 1 Licet nihil aliud quod sit salutare temptemus, proderit tamen per se ipsum secedere: meliores erimus singuli.

In me recondidi: un’azione riflessiva di un ritiro “attivamente” operato su sé stessi. Una formulazione affine in *Hor. serm.* 2, 6, 16 ergo ubi me in montes et in arcem ex urbe removi

Hor. serm. 2, 6, 16-17; 60-62
ergo ubi me in montes et in arcem ex urbe removi, 16
quid prius inlustrem saturis musaque pedestri?
[...]
o rus, quando ego te adspiciam quandoque licebit 60
nunc veterum libris, nunc somno et inertibus horis
ducere sollicitae iucunda obliviae vitae?,

“e ora che dalla città mi sono ritirato
In questo rifugio tra i monti,
quali motivi illuminerà mai
la musa dimessa delle mie satire?
[...]
Campagna mia, quando ti rivedrò?
quando mi sarà dato
di assaporare il dolce oblio
degli affanni che procura la vita,
ora sui libri degli antichi,
ora nel sonno e nelle ore di riposo?”

Sen. epist. 8, 1
Quid? ego tibi videor inertiam suadere? In hoc me recondidi et
fores clusi, ut prodesse pluribus possem. Nullus mihi per otium
dies exit; partem noctium studiis vindico; non vaco somno sed
succumbo, et oculos vigilia fatigatos cadentesque in opere
detineo.

“Ti pare che ti esorti all’inerzia? Mi sono raccolto in me stesso e ho chiuso la porta di casa per essere utile a un numero maggiore di persone. Non ho mai trascorso un solo giorno nel dolce far niente: dedico una parte delle notti ai miei studi, non sono troppo disponibile per il sonno, ma ne vengo sopraffatto e tengo sul lavoro i miei occhi stanchi e cadenti per la veglia.”

6. Tenersi lontano dalle soglie “superbe”

6.1 *Sen. epist.* 68, 10 Otium tibi commendo, in quo maiora agas et pulchriora quam quae reliquisti: pulsare superbas potentiorum fores [...].

“Ti raccomando un ritiro in cui tu possa fare cose più importanti e più belle di quelle che hai lasciato: bussare alle superbe porte dei potenti ...”

6.2 *Sen. epist.* 4, 10 Ut famem sitimque depellas non est necesse superbis adsidere liminibus nec supercilium grave et contumeliosam etiam humanitatem pati.

“Per estinguere la fame e la sete non è necessario mettersi a sedere presso le superbe porte dei potenti né sopportarne l’arroganza e l’affabilità umiliante.”

6.3 “Soglie superbe” in opposizione a una vita “tranquilla”:

Hor. epod. 2, 7-8 Beatus ille qui procul negotiis / [...] forumque vitat et superba civium / potentiorum limina [...]

Beato qui lontano dagli affari [...] evita il foro e i portoni arroganti dei cittadini più potenti [...]

Verg. *Georg.* 2, 458-462 O fortunatos nimium, sua si bona norint, / agricolos! quibus ipsa procul discordibus armis / fundit humo facilem victum iustissima tellus. / si non ingentem foribus domus alta superbis / mane salutantum totis vomit aedibus undam [...].

“O fortunati fin troppo, se la propria felicità conoscessero, gli agricoltori! Da sé, lontano dalle discordie armate, fa traboccare loro dal suo suolo un facile sostentamento in perfetta misura la terra. Se, attraverso i portali superbi, l’alta casa da tutto l’edificio non riversa un’ingente ondata di mattinieri clienti ...”

Sen. *Herc. Fur.* 159-166 Haec, innocuae quibus est vitae / tranquilla quies / et laeta suo parvoque domus / spes immanes urbibus errant / trepidique metus: / ille superbos aditus regum / durasque fores expers somni / colit [...]

“Questo accade a quelli che posseggono una vita tranquilla e quieta e una casa contenta di se stessa e del poco. Ma nelle grandi città vagano le speranze e le angosce che fanno tremare. Uno va alla ricerca, privandosi del sonno, delle superbe soglie dei re e delle loro porte spietate...”

7. Il ritiro, la chiusura, la *sapientia stoica* e l’*otium paradossale* (di Scipione)

7.1 Sen. *epist.* 68, 10 Otium tibi commendo, in quo **maiora agas et pulchriora** quam quae reliquisti.

“Ti raccomando un ritiro in cui tu possa fare cose più importanti e più belle di quelle che hai lasciato.”

7.2 *Epist.* 8, 6 Mihi crede, qui nihil agere videntur maiora agunt: humana divinaque simul tractant.

“Credimi: quelli che sembrano non combinare nulla, fanno cose più importanti, occupandosi della realtà intera, umana e divina.”

7.3 *SVF* II, 35 Οἱ μὲν οὖν Στωϊκοὶ ἔφασαν τὴν μὲν σοφίαν εἶναι θεῶν τε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπιστήμην, τὴν δὲ φιλοσοφίαν ἄσκησιν ἐπιτηδείου τέχνης·

“Gli Stoici sostenevano che la sapienza è la scienza dei fatti divini e umani e che la filosofia è l’esercizio di un arte conveniente.”

7.4 Cic. *off.* 1, 153 illa autem sapientia, quam principem dixi, **rerum est divinarum et humanarum scientia**, in qua continetur deorum et hominum communitas et societas inter ipsos [*e off.* 2, 5; *fin.* 2, 37; *Tusc.* 4, 57]

“Quella sapienza che ho definito la più importante, è la conoscenza delle cose umane e divine, e in essa rientra la propensione sociale degli uomini e degli dèi e la loro comunità.”

7.5 Cic. *off.* 3, 1 P. Scipionem, Marce fili, eum, qui primus Africanus appellatus est, dicere solitum scripsit Cato, qui fuit eius fere aequalis, numquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus, nec minus solum, quam cum solus esset. Magnifica vero vox et magno viro ac sapiente digna; quae declarat illum et in otio de negotiis cogitare et in solitudine secum loqui solitum, ut neque cessaret umquam et interdum conloquio alterius non egeret. Ita duae res, quae languorem adferunt ceteris, illum acuebant, otium et solitudo.

“Mio caro Marco, di P. Scipione, quello che per primo ebbe l’appellativo di Africano, Catone, che era quasi suo coetaneo, scrisse che era solito affermare che mai era meno inoperoso di quando era libero da impegni politici, né meno solo di quando era solo. Affermazione davvero sublime, e degna di un uomo grande e saggio; essa dimostra che egli, anche nel tempo libero dalla politica attiva rifletteva sulle sue occupazioni, e nella solitudine era solito parlare con se stesso, al punto che non stava mai fermo e [nel frattempo] non sentiva mai il bisogno di conversare con qualcuno. Così l’inattività e la solitudine, che sono cose che portano noia ai più, lo rendevano ancora più acuto.”

7.6 Plut. *apophth.* 196b Σκιπίων δὲ ὁ πρεσβύτερος τὴν ἀπὸ τῶν στρατειῶν καὶ τῆς πολιτείας σχολὴν ἐν γράμμασι διατριβὴν ποιούμενος ἔλεγεν, ὅποτε σχολάζοι, πλείονα πράττειν.

“Scipione il vecchio, dedicando i suoi interessi dall’arte militare e dalla politica alle lettere, affermava di faticare di più ora che era a riposo”.

7.7 Hor. *serm.* 2, 1, 71-74 quin ubi se a volgo et scaena in secreta remorant / virtus Scipiadae et mitis sapientia Laeli, / nugari cum illo et discincti ludere, donec / decoqueretur holus, soliti.

“E anzi, appena ritirati dalla folla e dalla scena pubblica in appartata intimità, il valoroso Scipione e Lelio, saggio e amabile, solevano scherzare con lui e giocare con la tunica discinta, in attesa che finissero di cuocere i legumi.”

8. Porte chiuse e porte aperte nella mappatura spaziale del *sapiens*

8.1 Epict. 1, 14, 11 ὡσθ', ὅταν κλείσητε τὰς θύρας καὶ σκότος ἔνδον ποιήσητε, μέμνησθε μηδέποτε λέγειν ὅτι μόνοι ἐστέ· οὐ γὰρ ἐστέ, ἀλλ' ὁ θεὸς ἔνδον ἐστὶ καὶ ὁ ὑμέτερος δαίμων ἐστίν.

“Perciò quando chiudete le porte e fate il buio dentro, rammentate di non dire mai che siete soli; infatti, non lo siete: dentro di voi c’è Dio, e il vostro demone.

8.2 Sen. *brev.* 14, 1 Soli omnium otiosi sunt qui sapientiae vacant, soli vivunt [... 3] Isti qui per officia discursant, qui se aliosque inquietant, cum bene insanierint, cum omnium limina cotidie perambulaverint nec ullas apertas fores praeterierint, cum per diversissimas domos meritoriam salutationem circumtulaverint, quotum quemque ex tam immensa et variis cupiditatibus districta urbe poterunt videre? [4] Quam multi erunt quorum illos aut somnus aut luxuria aut inhumanitas summoveat! Quam multi qui illos, cum diu torserint, simulata festinatione transcurrant!

“Soli fra tutti sono sfaccendati quelli che dedicano tempo alla saggezza, solo essi vivono; [...] costoro, che corrono da un impegno all’altro, che non lasciano in pace né sé né gli altri, quando si sono ben bene ammattiti, quando hanno fatto il giro quotidiano di tutte le porte senza trascurarne una aperta, quando hanno recato per le case più distanti il saluto venale, quanto pochi potranno vedere di una città così immensa e in preda a così varie passioni? Di quanti il sonno o la dissolutezza o la maleducazione non li farà entrare? Quanti, dopo avergli inflitto il tormento di una lunga attesa, passeranno oltre con finta fretta!

[cf. *epist.* 55, 4 exclamabant homines, ‘o Vatia, solus scis vivere’. At ille latere sciebat, non vivere; multum autem interest utrum vita tua otiosa sit an ignava [... 5] ille (*scil.* sapiens) solus scit sibi vivere; ille enim, quod est primum, scit vivere]

8.3 Ben. 6, 34 Amicum vocas, cuius disponitur salutatio? aut potest huius tibi fides patere, qui per fores maligne apertas non intrat, sed inlabitur?

“Chiami amico colui che ha un ordine da rispettare per venirti a salutare? Come potrebbe aprirti lealmente il suo cuore colui che non entra, ma si insinua fra i battenti aperti appena?”

8.4 Verg. *Aen.* 2, 240 illa subit mediaeque minans inlabitur urbi.

9. La casa ideale del saggio

9.1 Sen. *const.* 15, 5 Domus haec sapientis angusta, sine cultu, sine strepitu, sine apparatu, nullis adservatur ianitoribus turbam venali fastidio digerentibus, sed per hoc limen vacuum et ab ostiariis liberum fortuna non transit: scit non esse illic sibi locum ubi sui nihil est.

“La casa del saggio è così: piccola, senza arredi superflui, senza rumore, senza cerimoniale, non custodita da portinai che suddividono la folla con astio mercenario; ma da quell’ingresso vuoto e libero da portinai, la sorte non passa: sa che per lei non c’è posto, là dove non c’è nulla di suo.”

[cf. Pers. 1, 107-110 ‘sed quid opus teneras mordaci radere vero / auriculas? vide sis ne maiorum tibi forte / limina frigescant: sonat hic de nare canina / littera.’]

9.2 *Epist.* 84, 12 Intueris illas potentium domos, illa tumultuosa rixa salutantium limina? multum habent contumeliarum ut intres, plus cum intraveris. Praeteri istos gradus divitum et magno adgestu suspensa vestibula: non in praerupto tantum istic stabis sed in lubrico.

“Vedi quelle case dei potenti, quelle soglie messe a soqquadro dalle baruffe di quanti gareggiano per porgere il loro saluto di ossequio? Devi subire molte offese per poter entrare e ancora di più dopo essere stato ammesso.5 Passo oltre codeste scalinate dei ricchi, oltre questi vestiboli sospesi su strutture rialzate: lì starai non solo come su un dirupo, ma anche come su un terreno scivoloso.”

9.3 *Tranq.* 12, 6 Eodem modo unumquemque ex his qui ad augendam turbam exeunt inanes et leves causae per urbem circumducunt; nihilque habentem in quod laboret lux orta expellit et, cum multorum frustra liminibus inlisis nomenclatores persalutavit, a multis exclusus neminem ex omnibus difficilius domi quam se convenit.

“Allo stesso modo, motivi inconsistenti o stupidi portano in giro per la città ciascuno di questi che escono di casa solo per infoltire la folla; il sorgere del sole te lo caccia fuori senza che abbia di che occuparsi e, dopo che è inutilmente inciampato in tante soglie, ha salutato e risalutato dei nomenclatori e molti gli hanno negato udienza, l’uomo per lui più difficile da trovare in casa è lui stesso.”

9.4 *Brev.* 12, 1 Non est quod me solos putes dicere [...] quos officia domibus suis evocant ut alienis foribus inlidant.

“Vuoi sapere chi intendo per “occupati”. Non pensare che io alluda soltanto a quei tali che ... si lasciano cavar fuori di casa dai loro obblighi per andare a sbattere contro le altrui porte ...”

10. La porta come oggetto liminale. Il modello comico.

10.1 *Sen. epist.* 80, 1 Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco sed spectaculi, quod omnes molestos ad sphaeromachian avocavit. Nemo inrumpet, nemo cogitationem meam impedit, quae hac ipsa fiducia procedit audacius. Non crepabit subindeostium, non adlevabitur velum: licebit tuto vadere, quod magis necessarium est per se eunti et suam sequenti viam.

“Oggi ho un poco di tempo da dedicarmi, non tanto per merito mio quanto dello spettacolo che ha richiamato tutti i rompiscatole all’incontro di pugilato. Nessuno farà irruzione in casa mia, nessuno intralcerà il corso dei miei pensieri che per questo senso di sicurezza procederanno più arditamente. La porta di ingresso non cigolerà a ogni piè sospinto, la tenda non verrà sollevata; così mi sarà possibile andare senza il minimo intoppo e questo è ancor più necessario per chi va per i fatti suoi e continua per la sua propria strada.”

Crepare foris: questa espressione, con variazioni semantiche, nella commedia indica l’arrivo di un personaggio sulla scena; “(the door scil.) is crucial to the play of theatrical mimesis: the door embodies desire for entry and exit which drives the plot (story) and makes the play happen (performance), A. Sharrock»

10.2 *Mart.* 11, 45

Intrasti quotiens inscriptae limina cellae,
Seu puer arrisit sive puella tibi,
Contentus non es foribus veloque seraque,
Secretumque iubes grandius esse tibi: 5
Oblinitur minimae si qua est suspicio rimae 5
Punctaque lasciva quae terebrantur acu.

[...]

Ogniquale volta oltrepassi la soglia di una camera fornita di cartellino accolto dal sorriso di un fanciullo o di una fanciulla, non ti accontenti di una porta, di una tenda o di un catenaccio, ma pretendi un segreto più grande: fai chiudere ogni minima fessura, e ogni forellino fatto dall’ago di persona lasciva.

10.3 *Plin. epist.* 2, 17, 21 Contra parietem medium zotheca perquam eleganter recedit, quae specularibus et uelis obductis reductisue modo adicitur cubiculo modo aufertur.

“Dirimpetto, in mezzo a una parete, si interna graziosamente una alcova che, aprendo e chiudendo dei vetri e dei tendaggi, ora può venire riunita alla camera, ora separata”.

5, 6 38

11. Un *paraklausithyron* pericoloso

11.1 Sen. *epist.* 4, 4 Non vides quam ex frivolis causis contemnatur? Alius ante amicae fores laqueo pependit, alius se praecipitavit e tecto ne dominum stomachantem diutius audiret, alius ne reduceretur e fuga ferrum adegit in viscera.

“Ma non vedi per quali miserabili motivi viene disprezzata? Uno si impicca davanti alla porta di casa dell’amica, un altro si butta giù dal tetto per non sentire più i rimbrotti del padrone collerico, un altro ancora, per non essere ricondotto in servitù, si caccia, mentre è in fuga, un pugnale nelle viscere.”

Herc. fur. 164-165

12. Ulteriori modelli

12.1 Sen. *contr.* 7, 2, 14 Latro ait: (Cicero *scil.*) praecloserat fores; nemo ad proscriptum recipiebatur, Popillius, ut venit, admissus est. Cestius dixit: ut renuntiatum est Ciceroni, ait: Popillio semper vaco. Hispanus Cornelius fecit etiam querentem Ciceronem: Popilli, tam sero? Albucius ait: quid est, Popilli? ecquid tuto lateo? numquid mutandus est locus?

Aug., *In psalm.* 141, 3 Si Deus redditurus est, effunde ante eum precem tuam, et claude ostium, ne tentator ingrediatur. Tentator non cessat pulsare, ut irrumpat; si clausum invenerit, transit. Ideo Apostolus, quia in nostra potestate est ostium claudere: ostium cordis, non parietum; ibi enim et cubiculum: quia ergo in potestate nostra est hoc ostium claudere [... 4 ...] Quid est autem claudere ostium? [...].



FIGURE 10.2 Villa Vazia, street entrance. Photo by author.



FIGURE 10.1 Torregaveta, viewed from the south. Villa Vazia Restaurant is the modern building at the center. Photo by author.